

¶ videlicet die Veneris.

197

CHRONICA VARIA PISANA.

VII intrante mense

ipso regis

Cum dñe prefato

¶ in proximo

¶ eisdem regis

Judicioribus
¶ in quo post facta

mō vénit de Allemannia Anno 1269. Indictione XI. die Sabbati Sancti septima Aprilis, & vénit tunc per Portam Legathiæ tempore Domini Bartholomæ de Soppo secunda vice Pisani Potestatis.

Postea verò die secunda mensis Maji Dominus Ffedericus Dux Austriae Avunculus p̄fati Regis Conradi intravit p̄ portam Leonis in civitatem Pisânam cum tota militia; & Pisani Cives cum magna militum & peditum multitudine & comitiva iverunt versus eum usque ad Cacciarellam Mutronis, faciendo pontes super ipsam Cacciarellam; & per dictos pontes vénit militia p̄dicta, cùm castrum Mutronis esset tunc perditum secundo die Martii p̄cedentis. Deinde XVII. Calend. Julii die Sancti Viti magnificissimus Rex p̄dictus exivit de civitate Pisana per portam de Gualtungo pro eundo versus Romam, Apuliam, atque Regnum. Tamen ante discessum cum exercitu Pisaniorum ivit in Comitatum Lucanum ad depopulationem Lucanorum. Et tunc cepimus Campanile Sanctæ Mariæ del Giudice per expugnationem viriliter factam eum magna strage Lucanorum ibidem inclusorum, & ipsum funditus dissipari fecimus. Et etiam combussimus burgum Massæ, Vyrnum, & alias multas villas, & loca Lucani districtus usque ad Pontemteatum.

A

Copiosissimus exercitus galéarum XXX. & aliorum Lignorum in maxima quantitate exiuit de Fauce Arni pro eundo versus Apuliam atque Regnum in servitium Regis p̄dicti, ad debellandum Carolum Provinciæ Comitēm; & in dictum exercitum iverunt multitudines hominum Pisaniorum, videlicet quinque milium & plurium XIV. Calend. Augusti. Et reversus fuit dictus exercitus pridie Calendas Octobris, qui multa mala contulit inimicis Regis p̄dicti, & castellum dictum à Mare, & alia multa castra & loca destruxit.

Rex Conradus supradictus, Ffedericus Dux Austriae, Comes Gerardus Pisanus, & quidam alii, qui capti fuerunt post conflictum datum supradicto Regi Conrado à p̄dicto Carolo, per fautores ipsius Caroli jugulati fuerunt de mandato dicti Domini Caroli Anno 1269. pridie Nonas Novembri.

Clemens Papa IV. obiit Anno 1269. Calendis Decembri.

Eodem Anno de mense Januario Rex Carolus vénit Liburnum, & eum combussit, & Pisaniorum portum destruxit, & totam contratam devastavit, & stetit ibi diebus quindecim.

Ego Michael de Vico Pisanus Canonicus p̄dicta scripsi Anno Domini 1371. & die Augusti X. complevi.

198

F I N I S.

¶ Annodomini MCCCCXV de mense Ottobris in insula Lipari combusta fuit erga infernali sine qui exercit de inferis di de male.

